



**Arnoldi Corvini â Belderen, Batavi, Jcti quondam
Consummatissimi, Consilarii Electoralis & Professoris
Moguntini Publici, &c. Tractatus Geminus De Personis
Atque Beneficiis Ecclesiasticis Sive ...**

opus posthumum, diu desideratum, nunc demum excusum, & indice
locupletissimo instructum

De beneficiis ecclesiasticis

Corvinus van Beldern, Arnold

Francofurti ad Moenum, 1708

VD18 10184902

De Judisce competente Litis Beneficialis. Tit. 5

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62028](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62028)

circa fin. de jure patronat. c. cum caussa. 22. in fin. de off. Judic. deleg. si quidem censetur possessor bonæ fidei; si non, ad omnium. l. conquirebatur. Cod. unde vi. l. certum. l. dominium. Cod. de rei vindic. l. sed si ante. ff. de petit. hered. Rota decis. 24. incip. Fuit dubitatum, utrum detentio. & decis. 25. incip. Ex quibus inferebatur. in Novis.

Condemnabit etiam victum & Litigatorem temerarium in expensas: c. ceterum. c. fin. de rescript. c. ex literis. de dolo & contum. l. cum quem temerè. ff. de judic. l. properandum. §. fin. Cod. eod. utiles, & necessarias; Gloss. ad c. finem litibus. de dolo & contum. nisi justam litigandi habuerit causam. ut l. qui solidum. 78. §. etiam. 2. ff. de legat. 2. c. 1. in fin. de elect. in 6. & ibi not.

TITULUS V.

De Iudice competente Litis Beneficialis.

SUMMARIA.

1. *Competens Judex est* **tinus IX.**
Ecclesiasticus. **4 Rectè.**
2. *In Gallia Judex Regius;* **5. Nisi agatur Interdicto**
sed quando. **adipiscenda possessionis;**
3. *Probatum Papa Mar-* **6. Et in petitorio.**

Ites de Beneficiis de jure communi agitari debent coram *Judice Ecclesiastico*: c. 3. de foro compet. nullâ vel exiguâ factâ distinctione, num de possessorio agatur, vel de petitorio: sive ratione personarum Ecclesiasticarum contententium; sive beneficiorum, quæ fori sunt Ecclesiastici: Nec enim Judices Laici se immiscere debent de rebus Ecclesiæ; c. 2. de judic. c. cum Laicis. de reb. Eccl. [Zzz] 2

[Zzz] 2

cles. non alienand. c. Ecclesia. de constitut. c. contingit. de arbit. can. bene quidam. dist. 96. c. 1. 2. c. quod Clerici. 9. c. si diligenti. 12. de foro comper. can. placuit. can. inoluta. 11. quast. 1. can. convenior. 23. quast. 8.

2 In Gallia tamen Judex Regius cognoscit de rebus beneficiis, si agatur Interdicto retinenda (*maintenue*, manutentionem vocant) vel recuperanda in causa spoliationis vel turbationis possessionis. *Guido Papa. decis. 1.*

3 Quod Gallia privilegium seu usum, Papa Martinus IX. rescit pro suo, ut refert *Guid. Papa d. decis.* nominatim approbavit.

4 Non mirum: quia cum agitur de possessorio vel quasi, competens iudex, etiam in spiritualibus vel beneficalibus causis est Laicus: *Joan. Andreas ad c. fin. de judic.* cum in iis possessorium videatur esse temporale. *Gloss. & Interpr. in c. literas, de juram. calum. & c. pen. & ult. de judic. Archid. ad c. 1. de restit. spoliator. in 6. Zabarella ad Clem. dispendiosam. de judic. Guid. Papa. cons. 78. incipit circa processum.*

Propterea in *c. causam que inter. 7. Qui filii sint legitimi.* Papa relinquit iudicium possessorium Regi Angliae.

5 De Interdicto tamen adipiscenda, possessionis, Judex Secularis cognoscere non potest, quia illud iudicium, ut & alibi diximus, plus habet petitorii, quam possessorii. *Guid. Papa d. decis. 1. num. 3. Petr. Gregor. Inst. rei benefic. cap. 40. num. 10. in fin. Dantis de benef. lib. 12. vers. fin.*

6 Ubi igitur non possessorium, sed petitorium iudicium instituitur in Beneficiis, in foro Ecclesiastico est terminandum, non Seculari: & sententia super pleno possessorio prolata à Seculari Iudice, litigantibus est liberum, adhuc super proprietate adire iudices Ecclesiasticos. *Dantis d. loco in fin. vide Rebuff. tit. de possess. beneficior. art. 7. 8. 9. & 12.*

F I N I S.

INDEX

Corvinus
De Personis
et Benef. Ecclesiarum

G IV
32